

MATER DOLOROSA.

128

OFFICIUM

[illegible]

B. M. VIRGINIS

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]



OFFICIUM

SEPTEM DOLORUM

B. M. VIRGINIS

EX DEVOTIONE

MARCHIONIS MICHAELIS IMPERIALE

REPRODUCTUM

Gratis Datur.

NEAPOLI
Ex Typis Maximiliani Avallone
MDCCCXLIV.

AD MATUTINUM

Ave Maria

DOMINE labia mea aperies.

℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

℣. Deus in adjutorium meum intende.

℟. Domine ad adjuvandum me festina.

℣. Gloria Patri, etc. Alleluja.

Post Septuagesimam. Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

Invitatorium. Stemus juxta Crucem cum Maria Matre Jesu: * Cujus animam doloris gladius pertransivit.

Stemus juxta Crucem cum Maria Matre Jesu: * Cujus animam doloris gladius pertransivit.

Psalmus 94

Venite exultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro, præoccupemus faciem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei.

Stemus juxta Crucem cum Maria Matre Jesu: Cujus animam doloris gladius pertransivit.

Quoniam Deus magnus Dominus, et Rex magnus super omnes Deos: quoniam non repellet Dominus plebem suam, quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, et altitudines montium ipse conspicit.

Cujus animam doloris gladius pertransivit.

Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus ejus: venite adore-

mus, et procidamus ante Deum; ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster: nos autem populus ejus, et oves pascuæ ejus.

Stemus juxta Crucem cum Maria Matre Jesu: Cujus animam doloris gladius pertransivit.

Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra: sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt, et viderunt opera mea.

Cujus animam doloris gladius pertransivit.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, et dixi: semper hi errant corde: ipsi vero non cognoverunt vias meas, quibus

juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.

Stemus juxta Crucem cum Maria Matre Jesu: * Cujus animam doloris gladius pertransivit.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Cujus animam doloris gladius pertransivit.

Stemus juxta Crucem cum Maria Matre Jesu: * Cujus animam doloris gladius pertransivit.

HYMNUS

O Quot undis lacrymarum,
Quo dolore volvitur,
Luctuosa de cruento,

Dum revulsum stipite
Cernit ulnis incubantem
Virgo Mater filium.
Os suave, mite pectus,
Et latus dulcissimum;
Dexteramque vulneratam,
Et sinistram sauciam,
Et rubras cruore plantas
Ægra tingit lacrymis.
Eja Mater obsecramus
Per tuas has lacrymas,
Filiique triste funus
Vulnerumque purpuram,
Hunc tui cordis dolorem
Conde nostris cordibus.
Esto Patri, Filioque,
Et coævo Flamini,
Esto summæ Trinitati
Sempiterna gloria,
Et perennis laus, honorque

Hoc, et omne sæculo.
Amen.
Antiph. Multiplicati sunt.

Psalmus 3.

Domine; quid multiplicati sunt, qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meæ: * non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Domine susceptor meus es: * gloria mea, et exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi: * et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, et soporatus sum: * et exurrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me : * exurge Domine, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa : * dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus : * et super populum tuum benedictio tua.

Gloria Patri, etc.

Antiph. Multiplicati sunt qui tribulant me, multi insurgunt adversum me.

Antiph. Paraverunt.

Psalmus 10.

In Domino confido : quomodo dicitis animæ meæ : * transmigra in montem sicut passer ?

Quoniam ecce peccatores inten-

derunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra: ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam, quæ perfecisti destruxerunt: * justus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo: * Dominus in Cœlo sedes ejus.

Oculi ejus in pauperem respiciunt: palpebræ ejus interrogant filios hominum.

Dominus interrogat justum, et impium: * qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores laqueos: * ignis, et sulphur, et spiritus procellarum, pars calicis eorum.

Quoniam justus Dominus, et justitias dilexit: * æquitatem vidit vultus ejus.

Gloria Patri, etc.

Antiph. Paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde.

Antiph. Anima mea.

Psalmus 6.

Domine ne in furore tuo arguas me : * neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum ; * sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde : * sed tu Domine usquequo.

Convertere Domine, et eripe animam meam : * salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui

memor sit tui : * in inferno autem quis confitebitur tibi ?

Laboravi in gemitu meo lavabo per singulas noctes lectum meum: * lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus : * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem : * quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam : * Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei: * convertantur, et erubescant valde velociter.

Gloria Patri, etc.

Antiph. Anima mea turbata est valde, sed tu Domine usquequo.

℣. Fasciculus Myrrhæ dilectus meus mihi.

℟. Inter ubera mea commorabitur.

Pater noster, etc. *secreto.*

Absolutio. A vinculis peccatorum nostrorum precibus Beatæ Mariæ Virginis absolvat nos Omnipotens, et misericors Dominus. Amen.

Jube Domne benedicere.

Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Lectio I.

Martyrium Virginis tam in Simeonis Prophetia, quam in ipsa Dominicæ passionis historia commendatur: Positus est hic (ait Sanctus Senex de puero Jesu) in signum cui contradicetur; Et tuam ipsius animam (ad Mariam autem dicebat) pertransibit gladius. Vere tuam, o Beata Mater, animam pertransivit, alioquin non nisi eam pertransiens carnem filii tui penetraret. Et quidem posteaquam emisit spiritum tuus ille Jesus, ipsius plane non attigit animam crudelis lancea, quæ ipsius aperuit latus, sed tuam utique animam pertransivit:

ipsius nimirum anima jam tibi non erat, sed tua plane inde nequibat avelli. Tu autem Domine miserere nobis. Deo gratias.

℟. Dilectus meus candidus, et rubicundus, et totus desiderabilis? * Omnis enim figura ejus amorem spirat, et ad redamandum provocat; Caput inclinatum, manus expansæ, et pectus apertum.

℣. Piis, o Virgo, spectas eum oculis, contemplans in eo non tam vulnerum livorem, quam mundi salutem. Omnis enim figura, etc.

Jube Domne benedicere.

Ipsa Virgo Virginum intercedat pro nobis ad Dominum.

Lectio II.

Tuam ergo pertransivit animam vis doloris, ut plusquam Martyrem non immerito prædicemus, in qua nimirum corporeæ sensum passionis excesserit compassionis affectus. An non tibi plusquam gladius fuit sermo ille revera pertransiens animam, et pertingens usque ad divisionem animæ, ac spiritus. Mulier ecce filius tuus. O commutatio! Joannes tibi pro Jesu traditur, servus pro Domino, discipulus pro magistro, filius Zebedæi pro Filio Dei, homo purus, pro Deo vero, quomodo non tuam affectuosissimam animam pertransiret hæc auditio, quando, et nostra licet saxea, licet ferrea

pectora sola recordatio scindit. Tu autem Domine miserere nobis. Deo gratias.

℟. Doleo super te, fili mi Jesu, decorus nimis, et amabilis super amorem mulierum: * Sicut enim Mater unicum diligit Filium, ita ego te diligebam.

℣. Defecit in dolore vita mea et anni mei in gemitibus. Sicut enim, etc.

Jube Domne benedicere.

Per Virginem et matrem concedat nobis Dominus salutem, et pacem.

Lectio III.

Non miremini Fratres, quod Maria Martyr in anima fuisse dicatur. Miretur qui non meminerit se audivisse Paulum inter maxima gentium crimina memorantem, quod sine affectione fuissent. Longe id fuit a Mariæ visceribus, longe sit a servulis ejus. Sed forte quis dicat. Numquid non eum præscierat moriturum? Et indubitanter. Numquid non sperabat continuo resurrecturum? Et fideliter. Super hæc doluit Crucifixum? Et vehementer: Alioquin quisnam tu Frater, aut unde tibi hæc sapientia, ut mireris plus Mariam compatientem, quam Mariæ Filium patientem? Ille enim mori potuit

corpore, ista commori corde non potuit? Fecit illud charitas qua majorem nemo habuit; fecit et hoc charitas cui post illam similis altera non fuit. Tu autem Domine miserere nobis. Deo gratias.

℟. Eja Mater fons amoris fac nos sentire vim doloris, ut tecum lugeamus: * Et Dominicæ passionis fructum sentiamus.

℣. Et sicut Filius tuus Jesu pro nobis mortuus est, et resurrexit, ita, et nos commortui cum eodem resurgamus.

℟. Et Dominicæ passionis fructum sentiamus.

℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, etc.

℣. Et Dominicæ passionis fructum sentiamus.

AD LAUDES

Deus in adjutorium meum intende.

℟. Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, etc. Alleluja.

Post Septuagesimam. Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

Antiph. Vadam.

Psalmus 92.

Dominus regnavit decorem indutus est: * indutus est Dominus fortitudinem, et præcinxit se.

Etenim firmavit orbem terræ, * qui non commovebitur.

Parata sedes tua ex tunc: * a sæculo tu es.

Elevaverunt flumina Domine : * elevaverunt flumina vocem suam.

Elevaverunt flumina fluctus suos : * a vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris : * mirabilis in altis Dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis : * Domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum.

Gloria Patri, etc.

Antiph. Vadam ad Montem Myrræ, et ad collem thuris.

Antiph. Dilectus meus.

Psalmus 99.

Jubilate Deo omnis terra : * servite Domino in lætitia.

Introite in conspectu ejus : * in exultatione.

Scitote quoniam Dominus ipse est Deus * ipse fecit nos, et non ipsi nos.

Populus ejus, et oves pascuæ ejus : * introite portas ejus in confessione, atria ejus in hymnis confitemini illi.

Laudate nomen ejus : quoniam suavis est Dominus, in æternum misericordia ejus : * et usque in generationem, et generationem, veritas ejus.

Gloria Patri, etc.

Antiph. Dilectus meus candidus

et rubicundus, comæ capitis ejus sicut purpura Regis vincta canalibus.

Antiph. Quo abiit dilectus tuus.

Psalmus 62.

Deus Deus meus; * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea: * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, et invia, et inaquosa: * sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, et gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: * et in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe, et pinguedine repleatur anima mea : * et labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum in matutinis meditabor in te : * quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te : * me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo laudabuntur omnes qui jurant in eo: * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Hic non dicitur. Gloria Patri.

Psalmus 66.

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: * illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, et exultent gentes: * quoniam judicas populos in æquitate, et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus: * et metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, etc.

Antiph. Quo abiit dilectus tuus, ò pulcherrima Mulierum, quo dilectus tuus declinavit.

Antiph. Fasciculus myrræ.

Canticum trium Puerorum.

Benedicite omnia opera Domini Domino: * laudate, et superexaltate eum in sæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: * benedicite cœli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super Cœlos sunt Domino: * benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol, et luna Domino: * benedicite stellæ Cœli Domino.

Benedicite omnis imber, et ros

Domino : * benedicite omnes Spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis, et æstus Domino: * benedicite frigus, et æstus Domino.

Benedicite rores, et pruina Domino : * benedicite gelu, et frigus Domino.

Benedicite glacies, et nives Domino : * benedicite noctes, et dies Domino.

Benedicite lux, et tenebræ Domino : * benedicite fulgura, et nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: * laudet, et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite montes, et colles Domino : * benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino : * be-

nedicite maria, et flumina Domino.

Benedicite cete, et omnia, quæ moventur in aquis Domino: * benedicite omnes volucres Cœli Domino.

Benedicite omnes bestiæ, et pecora Domino: * benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum: * laudet et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino: * benedicite servi Domini Domino.

Benedicite Spiritus, et animæ justorum Domino: * benedicite sancti, et humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: * laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem, et Filium

cum sancto Spiritu : * laudemus, et superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamento Cœli: * laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in sæcula.

Hic non dicitur. Gloria Patri.

Antiph. Fasciculus myrræ dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur.

Antiph. Fulcite me floribus.

Psalmus 148.

Laudate Dominum de Cœlis: * laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus:* laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol, et luna: * laudate eum omnes stellæ, et lumen.

Laudate eum Cœli Cœlorum: *

et aquæ omnes quæ super Cœlos sunt laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi: * præceptum posuit, et non præteribit.

Laudate Dominum de terra: * dracones, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: * quæ faciunt verbum ejus.

Montes, et omnes colles: * ligna fructifera, et omnes cedri.

Bestiæ, et universa pecora: * serpentes, et volucres pennatæ.

Reges terræ, et omnes populi: * principes, et omnes judices terræ.

Juvenes, et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domi-

ni : * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cœlum, et terram : * et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus : * filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149.

Cantate Domino canticum novum : * laus ejus in Ecclesia Sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum : * et filii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : * in tympano, et psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino

in populo suo : * et exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria : * lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum : * et gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus : * et nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eum judicium conscriptum : * gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

Psalmus 150.

Laudate Dominum in Sanctis ejus : * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ : * laudate eum in psalterio, et cithara.

Laudate eum in tympano , et choro : * laudate eum in chordis, et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis : * omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri , etc.

Antiph. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.

Capitulum.

Cui comparabo te? vel cui assimilabo te, Filia Jerusalem? cui exequabo te, et consolabor te, Virgo Filia Sion? magna velut mare est contritio tua.

Deo gratias.

HYMNUS.

Summe Deus clementiæ
  Septem dolores Virginis,
  Plagasque Jesu Filii,
  Fac rite nos revolvere.
Nobis salutem conferant
  Deiparæ tot lacrymæ
  Quibus lavare sufficis
  Totius orbis crimina.
Sint quinque Jesu vulnerum

Amara contemplatio
Sint, et dolores Virginis
Æterna cunctis gaudia.
Jesu tibi sit gloria,
Qui passus es pro servulis
Cum Patre, et almo Spiritu
In sempiterna sæcula.
Amen.

℣. Maria Virgo per virtutem tot dolorum.

℟. Fac nos gaudere in regno Cœlorum.

Antiph. Venite.

Canticum Zachariae.

Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis: *

in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os Sanctorum: * qui a seculo sunt prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris : * et de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris : * et memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem nostrum : * daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: * serviamus illi.

In sanctitate, et justitia coram ipso : * omnibus diebus nostris.

Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis : * præibis enim ante

faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus: * in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri : * in quibus visitavit nos, oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri, etc.

Antiph. Venite ascendamus ad Montem Domini, et videte si est dolor sicut dolor meus.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Deus in cujus passione secundum Simeonis prophetiam dulcissimam animam gloriosæ Virginis, et Matris Mariæ doloris gladius pertransivit : concede propitius, ut qui dolores ejus venerando recolimus passionis tuæ effectnm felicem consequamur. Qui vivis et regnas, etc.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

Amen.

Planctus B. M. Virginis.

Questi primi tre versi si ripetano dal popolo.

Stabat Mater dolorosa
Juxta Crucem lacrymosa
Dum pendebat Filius.
Cujus animam gementem
Contristatam, et dolentem
Pertransivit gladius.
O quam tristis, et afflicta
Fuit illa benedicta
Mater Unigeniti!
Quæ mærebat, et dolebat
Pia Mater dum videbat
Nati pœnas inclyti.
Quis est homo, qui non fleret,
Matrem Christi si videret
In tanto supplicio?

Quis non posset contristari,
Matrem Christi contemplari
Dolentem cum Filio?
Pro peccatis suæ gentis
Vidit Jesum in tormentis,
Et flagellis subditum.
Vidit suum dulcem Natum,
Moriendo desolatum,
Dum emisit spiritum.
Eja Mater fons amoris,
Me sentire vim doloris
Fac, ut tecum lugeam.
Fac, ut ardeat cor meum,
In amando Christum Deum,
Ut sibi complaceam.
Sancta Mater istud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo valide.
Tui nati vulnerati,
Tam dignati pro me pati,

Pœnas mecum divide.
Fac me tecum pie flere,
Crucifixo condolere,
Donec ego vixero.
Juxta crucem tecum stare,
Et me tibi sociare
In planctu desidero.
Virgo virginum præclara,
Mihi jam non sis amara,
Fac me tecum plangere.
Fac ut portem Christi mortem,
Passionis fac consortem,
Et plagas recolare.
Fac me plagis vulnerari,
Fac me Cruce inebriari,
Et crurore Filii.
Flammis ne urar succensus,
Per te Virgo sim defensus
In die judicii.
Christe, cum sit hinc exire,

Da per Matrem me venire
Ad palmam victoriæ.
Quando corpus morietur ,
Fac ut animæ donetur
Paradisi gloria. Amen.

Oremus.

Interveniat pro nobis ; quæsumus Domine Jesu Christe, nunc, et in hora mortis nostræ apud tuam clementiam, B. Virgo Maria Mater tua ; cujus sacratissimam animam in hora tuæ passionis , doloris gladius pertransivit. Per te Jesu Christe Salvator mundi, qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivis , et regnas , etc.

CORONELLA

DE' SETTE DOLORI

Deus in Adjutorium meum intende.
Demine, ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri. etc.

I. Compatisco, o Santa Madre addolorata, quel gran cordoglio, che vi trafisse il cuore in udire dal Santo Simeone, che il vostro dilettissimo Figlio, unico amor dell'anima vostra, dovea esser conficcato in croce; e che il vostro innocente petto doveva essere trapassato dalla spada acutissima del dolore. E vi prego per questo lungo spasimo, che vi ac-

compagnò tanti anni, ad impetrarmi grazia, che io da oggi avanti sappia compatire a vostra imitazione la passione, e morte del vostro Figlio, e mio Signore; e possa fare una buona e santa morte.

Poi in fine d' ogni Orazione si dirà un Pater, *sette* Ave, *ed un* Gloria.

Madre mia, fa che 'l mio core
Accompagni il mio dolore
Nella morte di Gesù.

II. Compatisco, o Santa Madre addolorata quel gran dolore, che soffriste nella persecuzione di Erode, per la morte degl' Innocenti, e fuga in Egitto, dove patiste timore, povertà, ed incomodi in terra forestiera, e bar-

bara. E vi prego, per sì alta pazienza, ad impetrarmi grazia di soffrire pazientemente a vostra imitazione, i travagli di questa misera vita, lume per conoscer Dio tra le tenebre dell'Egitto di questo Mondo, ed una buona; e santa morte.

III. Compatisco, o Santa Madre addolorata, quel gran dolore, che vi trafisse nella perdita del vostro bellissimo, ed amatissimo Figlio Gesù in Gerusalemme, spargendo per tre giorni fiumi di pianto da' vostri occhi purissimi. E vi prego per quelle lagrime e sospiri di quei tre giorni per voi amarissimi, ad impetrarmi tanto lume, che io non perda mai il mio Dio,

ma che lo ritrovi una volta per sempre, e soprattutto nel punto della mia morte.

IV. Compatisco, o Santa Madre addolorata, quella gran pena, che soffriste in vedere il vostro benedetto Figliuolo inviato al Calvario colla pesantissima croce sopra le spalle, e cadere sfiatàto sotto di quella. S'incontrarono allora, o mia dolente Reina, occhi con occhi, e cuore con cuore. Vi prego per quella tormentosa compassione, che n'aveste, ad impetrarmi grazia di portar la mia croce con pazienza in compagnia del vostro, e mio Gesù, finchè vivo, e di fare una buona e santa morte.

V. Compatisco, o Santa Madre addolorata, quell'eccessivo dolore, che soffriste in vedere il vostro amantissimo Unigenito morire in croce con tante pene, e disonori, e senza niuna di quelle consolazioni, e di que' refrigerj, che si concedono anche a' più rei. E vi prego, per la dolorosa tenerezza del vostro cuore martirizzato, ad impetrarmi dal vostro crocefisso Figliuolo, che nella sua croce sieno crocefisse le mie passioni, e la mia carne, e di fare una buona e santa morte.

VI. Compatisco, o Santa Madre addolorata, quello spasimo, che soffriste in veder ferito da una lancia il cuore di Cristo morto,

Quella ferita sì, o mia dolente Madre, che fu tutta vostra; ed in ricevere il suo santissimo cadavere tutto svenato nel vostro seno materno. E vi prego, per quelle angoscie inesplicabili dell' anima vostra, ad impetrarmi il vero amore del mio Gesù, che mi ferisca il cuore, acciò non vi trovi più luogo l' amore profano del Mondo, ed una buona e santa morte.

VII. Compatisco, o Santa Madre addolorata, quella inconsolabile amarezza, che provaste nel riporre il vostro morto Figlio Gesù nella sua sepoltura sino ad accomodarvelo con le vostre mani. Rimaneste allora, o mia piangente Signora, sepolta con tutta l' ani-

ma, ove giaceva sepolto il corpo del vostro Figliuolo. E vi prego per tanti martirj del vostro cuore ad impetrarmi, per li meriti dei vostri sette Dolori, in vita il perdono delle colpe, in morte la protezione della vostra presenza, dopo morto la gloria del Paradiso.

℣. Ora pro nobis, Virgo Dolorosissima.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Deus, in cujus Passione, secundum Simeonis Prophetiam, dulcissimam Animam gloriosæ Virginis, et Matris Mariæ, doloris gladius pertransivit, concede pro-

pitius, ut qui dolores ejus venerando recolimus; Passionis tuæ effectum felicem consequamur. Qui vivis, et regnas per omnia sæcula sæculorum. Amen.

PROTESTE

PER LA BUONA MORTE

Onnipotente, e sempiterno Iddio, io N. N. prostrato avanti la Vostra divina presenza, vi adoro insieme con tutti gli Angioli del Cielo. E poichè non sò in qual tempo, o in qual modo avete disposto il fine della mia vita, per ubbidire al Vostro comando di star sempre apparecchiato alla morte, fo le seguenti proteste.

Mi protesto di voler morirē vero figlio della Santa Chiesa Cattolica Romana, e vero figlio della SS. Vergine.

Mi protesto, Dio mio di accettare dalle Vostre Mani la morte

in quel tempo, ed in quel modo, che più vi piacerà, ed offerirla a Voi, ad onore della Vostra SS. morte, ed in penitenza de' miei peccati. E se io non avessi necessità di morire, pure morirei volentieri per compiacere la Vostra divina volontà.

Intendo di unire le mie agonie insieme con le agonie di Gesù Cristo, ed insieme con quelle le offerisco all' eterno Padre.

Mi protesto di voler morire coi santi nomi di Gesù, e di Maria. E se non potessi pronunciarli con la bocca, intendo profferirli col cuore.

Intendo di volere, e di chiedere l' Assoluzione quante volte il Sacerdote me la vorrà dare nelle mie agonie, e di voler ricevere

tutti i santi Sagramenti della Chiesa. Ed ora per allora intendo di fare un atto di perfetta contrizione, con cui mi pento di tutto cuore sopra ogni altro male d'aver offeso Iddio sommo bene, bontà infinita.

Intendo di pigliare tutte le Indulgenze *in articulo mortis*, che potrò conseguire per qualunque concessione, o privilegio. E da ora per allora vi prego, mio Dio, per tutte quelle cose, per le quali sono obbligato a pregare per guadagnarle secondo l'intenzione dei Sommi Pontefici, che l'hanno concedute.

Mi protesto di non consentire a niuna tentazione, che allora mi darà il Demonio.

Intendo ora per allora di perdonare per amor di Gesù Cristo a quanti m' hanno offeso, di cercar perdono a quanti io ho offeso in qualunque maniera o nell'anima, o nel corpo, ed a quanti ho scandalezzato co' miei mali esempj.

Ora per allora m'abbraccio strettamente alle SS. Piaghe di Gesù Cristo, le bacio mille volte col cuore, ed intendo di spirare nel Suo Sagro Costato l' ultimo fiato.

Ora per allora mi metto sotto il Vostro manto, o SS. Vergine Addolorata, e vi prego che per li meriti della buona assistenza, che faceste a Gesù agonizzante sul Calvario, assistiate col Vostro ajuto alle mie agonie, ed alla mia morte.

Ora per allora vi prego del Vostro ajuto in quel punto terribile, o Arcangelo San Michele, o mio S. Angelo custode, S. Giovanni Evangelista, S. Maria Maddalena e Santi, e Sante tutte del Paradiso, che con singolarità d'affetto vi adoperate in prò de' moribondi; acciò che sortiscano una buona morte.

In particolar maniera imploro la Vostra intercessione per quel tempo, o Patriarca S. Giuseppe, per i meriti della Vostra felicissima morte, assistete, vi supplico, alle ultime mie agonie: avvaloratemi col favore del Vostro patrocinio in quel durissimo passo, concedetemi in quell' ora un poco di quel grande amore, con cui Voi

spiraste gli ultimi fiati, e fate che io con una morte preziosa di vero giusto possa meritare i premj de' beati Comprensori del Cielo.

Oremus

Domine Jesu Christe, per illam amaritudinem, quam sustinuit nobilissima Anima tua, quando egressa est de benedicto Corpore tuo, miserere animæ meæ peccatrici, quando egredietur de corpore meo. Amen.

M. T.